



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Theresa V. 5. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

pugnavit: expugnatum, si agnoscimus, paupertate suâ ditavit. Porrò animi candorem in viro, scis Lector, nives probarunt, in quas se abjecit; & miratæ puritatem sunt undæ, quibus calorem improbum merfit. De animi ejus submissione quid dicam, & quo DEVM ardebat amore? Seraphinis à cælo sociatus, & in sede Angeli, quem superbia inde exturbârat, locandus, ultimum se mortaliū, sed inter sceleratos principem dicit. Mariæ additum fuisse ille non dubitabit, qui noverit, quæ gaudia in ejus æde (de Portiunculâ dixerunt) abstulit. Sed frustra sum. Herculem ego in hac digitali tabellâ non pingo. Vin' compendium lector viri? Totum Christum in Francisco videbis, si vulnera ejus inspicias. *Ex D. Bonav.*

*O quàm gloriosum & magnum, habere in calis Patrem! ô quàm sanctum, Paraclitum pulchrum & amabilem habere sponsum! ô quàm sanctum & quantum delectabile, beneplacitum, humile, pacificum, dulce & amabile, habere talem Fratrem, qui posuit animâ suam pro ovibus suis? Ex Epist. S. Francisci.*

S. THERESA V. 5. Octobris.

**Q**uid, heu! quid cum prætextatis verbis tibi prætextata malè turba? disce, eia infantia rectè vel ab infante THERESA fari. *In æternum! in æternum! in æternum!* ah quoties balbutiens clamavit! Nos scilicet puerilem senectam, non senem æternitatem in animo & linguâ gerimus, disertissimi infantes. At THERESA parvula cum parvulo fratre domo paternâ aufugit, ad Mauros abitura, & brevi morte longam æternitatem auspiciatura. Vivere tamen Deus illam, & ut viveret, quæ ferè mors est liberorum, mori matrè voluit.

Illa



Illa Matrem vicariam cælo MARIAM advocavit, numquam abhinc orba futura. MARIA porro filia suæ sponsum Filium conciliavit, quando ex sanctioribus amoribus Seraphinus ales cor THERESÆ terebravit. Ipse amor hominum Christus, quò certius illam fauciare, sua vulnera dilectæ impressit, occulta tamen, ut ferè solet amor. Adfuit deinde sæpè sponsa, nunc cruce pro more chlamydatum, nunc spineâ, quæ illum maximè decet, corollâ ornatus, nunc qualis mortem triumphavit, conspicuus. Arrhæ ab eodem datæ gemmæ quaternæ & pendulæ è Rosario Cruci additæ, Dos verò omne cælum: cujus opes cùm quandoque THERESÆ CHRISTVS ostentasset, *Viden?*, agebat, (tute tibi lector dictum puta) *quantis se bonis peccatores spolient?* Sed & veste nuptiali cùm Ordinem, quem Carmelitarum dicimus, restauraret, Virgo MATER & VIRGINIS SPONSUS JOSEPHVS cælo allatâ exornarunt, ut nihil jam ad nuptias deesset, nisi quæ facem præferret, anno MD.LXXXII. mors beata. *Ex vitâ.*

*Prudenter sagittari, & impugnari salubriter postulat sanctus, cùm dicit in oratione, Confige timore tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta, qui conficit & interficit carnis desideria, ut spiritus salvus sit. S. Bernard. serm. 29. in Cant.*

S. MEINULPHUS C. 5. Octobris.

**V**IX MEINULPHVS illa Christi verba audierat: *Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet,* cùm apud se constituit non solum Christo locum in animo suo facere (ubi enim ille libentius nidularetur?) sed & templum ponere. Circumspicienti aream, de-

5. Octob.  
pertate  
ro, scis  
& mi  
m im  
ne quid  
hinis à  
perbia  
tatum,  
e addi  
t, quæ  
nt) abs  
c digi  
lector  
ebis, si  
  
alis Pa  
& ama  
uanum  
dulce &  
a suato  
  
ois tibi  
ntia re  
um! in  
ns cla  
non se  
nus, di  
la cum  
Mauros  
a auspi  
iveret,  
voluit.  
Illa

